



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Cantuariensi Archiepiscopo, & Episcopo Roffensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

vobis apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani XVI. Kal. Iulij.

## E I S D E M.

Epist. 117.

**I**Vstis petentium &c. usque ad verbum assensu, Ecclesiam de Lamburn. quam ex concessione diocesani Episcopi obtinetis, sicut illam iuste ac pacifice possidetis, & in authentico scripto diocesani Episcopi confecto exinde plenius continetur, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum ut supra.

Epist. 118.

**C**Um a nobis petitur &c. usque ad verbum assensu, Ecclesiam de Vvrengele vobis a venerab. fratre nostro Lincolniensi Episcopo concessam, sicut eam iuste & canonicè possidetis &c. Nulli ergo &c. Datum Laterani XVII. Kal. Iulij.

Epist. 119.

**I**Vstis petentium &c. usque ad verbum assensu, Ecclesiam sancti Andreæ de Geiste, Ecclesiam omnium sanctorum de Geistetorp, jus quod habetis in Ecclesia sancti Petri de Vvdennorton, sicut ea iuste ac pacificè possidetis, & in authentico scripto diocesani Episcopi confecto exinde plenius continetur, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus &c. Nulli ergo &c. Datum Laterani XVI. Kalendas Iulij.

ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI, de Ceresia & de Civestria Abbatibus.

Epist. 120. Ut Abbatem S. Crucis legitimæ constitutioni per Papam approbatæ obedire cogant.

**A**D audientiam apostolatus nostri noveritis pervenisse quod cum olim tam a dilecto filio Abbate sanctæ Crucis de Vvalthan quam Capitulo suo communi consilio fuerit ordinatum pecuniam eorum integrè in uno marsupio congregari, & servari per duos vel tres Canonicos ad hoc per eosdem Abbatem & Capitulum voluntate unanimi deputatos, qui in presentia ipsius Abbatis & dilectorum filiorum Prioris & Subprioris necnon & trium aliorum de senioribus per eundem Abbatem & Capitulum electorum singulis tribus mensibus de prædicta pecunia redderent rationem, constitutione ipsa postmodum a sede

apostolica confirmata, sæpeditus Abbas, Capituli sui non requisito assensu, & custodes eligit, & computationem solus recipit propria voluntate. Vnde nos eidem Abbati per scripta nostra mandavimus ut constitutionem ipsam studeat, sicut sine pravitate facta est, inviolabiliter observare, ne utilitatem Ecclesiæ videatur in aliquo impedire. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus si sæpeditus Abbas juxta mandatum nostrum constitutionem prædictam observare neglexerit, vos eum ad observationem ejusdem auctoritate presentium per censuram ecclesiasticam, sicut justum fuerit, appellatione remota cogatis. Quod si omnes &c. tu frater Archiepiscopo &c. Datum Laterani Nonis Iulij.

CANTVARIENSI ARCHIEPISCOPO, & Episcopo Rossensi.

**S**icut dilecti filij Abbas & conventus de Vvalthan nobis significare curarunt, quidam, quos vobis propriis nominibus designabunt, libertatem eis & monasterio eorum ab apostolica sede concessam præsumptuosa temeritate infringunt, ipsis aliàs damna gravia & injurias irrogando. Ideoque fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus eorundem molestatores injustos, ut ab ipsorum gravamine & indubitata infestatione quiescant, permittentes eos pacificè frui libertate sibi ab apostolica sede concessa, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Nulli litteris &c. Quod si ambo &c. alter &c. Datum Laterani XVI. Kal. Iulij.

ABBATI ET CONVENTUI de Vvalthan.

**I**Vstis petentium &c. usque ad verbum assensu, Ecclesiam de Badburgeham, quam ex concessione diocesani Episcopi obtinetis, sicut illam iuste ac pacificè possidetis, & in authentico scripto ejusdem Episcopi confecto exinde plenius continetur, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate apostolica &c. Nulli ergo &c. Datum Laterani Nonis Iulij.



Epist. 121.

Epist. 122. Ecclesia confirmatur monasterio.